

A. S. S. & I. T.

DISSERTATIO THEOLOGICA,
De

GRATIÆ DEI
IN ÆQUALITATE ET RE-
SISTIBILITATE;

Succinctè in Θεολογικῆς & Ἀποστολικῆς adornata:

Quam

FESTO JUBILÆO, in memoriam susceptæ unanimiter in
Regno Sveciæ AUGUSTANÆ Confessionis A. C. MD. LXXIII,
â SERENISS:â R:â M:te indicto;

E censurâ & approbatione

ADMODUM REVERENDÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ,
In Regiâ Academiâ Aboënsi,

P R Æ S I D E

PETRO LAURBECCIO,

S. S. TH. D. & PROFESSORE Ordinario,

Publicæ disceptationi submittit

JOHANNES E. CAJANUS,

Verbi Divini Minister Uhloënsis,

In Auditorio Superiori & Maximo,

Ad diem I. Martii, Anno CH. MD. LXXIII.

Impr. apud JOHANNEM L. WALLIUM.

Am. 837

M. S. 2. 6. 1. 7.
DISSERTATIO THEOLOGICA

GRATIA DEI
IN EQVALLTATE ET RE-
SISTIBILITATE:

Scriptura in eia. 2. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ET ALIIS
PETRO I. ALL. RECCIO.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Impressum Johanne L. Walther

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Quin à Scopo etiam & Fine hujus Gratiae variè aberrant; Utpote (a) Pontificii: Sive cum Thomâ, & ejus Commentatore Cajetano, opinantes, *Si quis in sylvis nutritus, ductū rationis naturalis sequeretur, in appetitu Boni & fugâ Mali, certissimè esse tenendum, quòd DEUS vel per internam inspirationem revelaret ei necessaria, vel ad eum predicatorem dirigeret;* Contra ac asserit Apostolus, 1. Corinth. 2. v. 14. *Animalis homo non recipit quæ sunt Spiritus DEI, & Rom. 8. v. 7, 8. Intelligentia carnis legi DEI non subicitur, nam nè potest quidem. Imò qui in carne sunt, DEO placere non possunt. Sive cum Pererio aliisque statuentes, per hanc Gratiam Gentiles, Aristotelem, Platonem, Socratem, & cæteros, consecutos fuisse salutem & beatitudinem; Secus tamen docente Apostolo modo allegato, Rom. 1. v. 18, 21, 22, seqq. nempe quòd palàm sit ira Dei adversus omnem impietatem & injustiam hominum, ut qui veritatem injustè detineant, propterea quòd cum Deum cognoverint, tamen ut Deum non glorificaverunt, neque gratias ei egerunt, sed vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenturatum est desipiens cor eorum: Cùm se profiterentur esse sapientes, stulti facti sunt, &c.* (β) Calviniani: Vel, cum Hulderico Zvinglio, Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonom, Numam, Camillum, Catones, Scipiones, & gentiles cæteros, salvos factos censent; Contra illud Rom. 14. v. 23. *Quicquid ex fide non est, peccatum est. & Hebr. 11. v. 6. Sine fide fieri non potest, ut quis Deo placeat.* Vel, cum Amyraldo & sociis, opinantur, *Gentiles lumine naturali beneficos, futuros excusabiles, imò excusatos, & proinde non condemnandos aut condemnatos; Aliter atque de Gentilibus adhuc ephesius pronunciat B. Paulus, Eph. 2. v. 11, seq. Quippe illos quondam Gentes in carne, illo tempore fuisse absque Christo, abalienatos à republicâ Israël, & extraneos à pactis promissionis, spem non habentes, & DEI expertes in mundo.* Confer

Circa finem Gratiae Universalis Extra Ecclesiam, errant Pontificii;

Calviniani

50 *ibidem* 5. v. 8. item de *Corinthiis*, 1. Cor. 12. v. 2. de *Theſſalonicenſibus*, 1. Theſſ. 1. v. 9. de *Coloſſenſibus*, Col. 1. v. 21. *Vel duplicem*, cum *Amyraldiſtis*, conſingentes *predicationem*, unam per *Ministerium Evangelii*, alteram per *ſolam providentie divine adminiſtrationem*, DEO conſervante mundum, non obſtante ejus iniquitate, eumqve invitante ad *pœnitentiam per longanimitatem ſuam*; Quamqve nihilo ſecius *Unica tantum eſt predicatio Fidei in Chriſtum*, nempe per *Verbum Evangelii*, Rom. 10. v. 17. altera autem illa *invitatio hominum ad quærendum DEUM*, ex *intuitu adminiſtrationis divine providentie*, duntaxat *Pœdagogia externa eſt*, ad *inquiſitionem de verâ religione & verbo*, Act. 17. v. 26, ſeqq. per quam *adequatè converti & ſalvari homines nequeunt*, 1. Cor. 1. v. 21. (γ) *Arminiani*: Aut *eſtfectum Gratia univerſalis extra Eccleſiam*, ſtatuunt *fidem & ſalutem*; quod de *Effectu illius inadæquato & mediato explicari poſſet*, cum tamen *immediatus, proximus & adequatus*, *Finis* ejus ſit *Adductio ad Eccleſiam*, *Effectus* verò *invitatio & exſtimulatio ad quærendum DEUM*, qui non niſi in *Verbo ſeſe & voluntatem ſuam revelavit*, Act. 17. v. 27. Eſa. 8. v. 20. C. 34. v. 16. Luc. 16. v. 29. Videſis ſuprà §. 9. *Aut non quidem immediate ſufficere hanc Gratiam ad fidem & ſalutem efficiendam admittunt*, primò tamen *volunt requiri in ordine ad ſalutem ſuis gradibus obtinendam*; Verùm hâc ratione, & *Gratia ſpecialis ac Extraordinaria* penitus *exſpirarent*, & *primus gradus ad ſalutem Infantibus*, ac *Adultis compluribus*, non eſſet per *Baptiſmum*, ſed per *Gratiam iſtam pedagogicam*, contra præceptum *B. Petri Apoſtoli*, Act. 2. v. 38. *Ibidem* 10. v. 48. imò *ipſius Chriſti*, Math. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15, ſeq. Joh. 3. v. 5. etiam *Exempla plerorumque fidelium Veteris Novique ſœderis*, ceu *Abrahami*, Genes. 12. v. 1. Act. 7. v. 2, 3. *Iethronis*, Exod. 18. v. 10, ſeqq. *Eunuchi reginæ Candaces*, Act. 8. v. 35, ſeqq. *Pauli Apoſtoli*, Act. 9. v. 3, ſeqq. &c. *contrarium evincunt* manifestiſſimè.

Armi-
niani

12. *Ex applicatione speciali, Gratia in se Universalis quæ Oblationem, est aliquando & aliquatenus Inæqualis, nec pari mensusurâ omnibus & singulis administratur, sed aliis parcius, aliis largius; sufficit nullis absolutè negari. Hanc appellat Apostolus Gratia Dei οἰκονομία Eph. 3. v. 2. Quò Christus respexit Matth. 11. v. 21, seq. Luc. 10. v. 13, seq. Ue tibi Choraazin, ut tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verùm dico vobis: Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicii, quàm vobis, &c. Oritur autem Gratia Inæqualitas quæ applicationem, (1) Ex modo vocationis Extraordinario, per missionem Prophetarum & edita miracula; quò spectant Ninevitæ, Jon. 1. v. 2, seqq. ibidem 3. v. 1, seqq. Eunuchus reginæ Candaces, Act. 8. v. 35, seqq. Paulus Apostolus, Act. 9. v. 3, seqq. &c. Sed ad talem vocationem nemini se Deus obligavit, ideoque eam nemini debet, sive Tyriis, sive Sidoniis, aliisque, Matth. 11. v. 21. Luc. 10. v. 13. Ezech. 3. v. 6. (2.) Ex plantatæ iam veræ Ecclesie singulari privilegio, per collatam efficaciam donorum Ministerii, interdum peculiarem & extraordinariam: sicut è Psal. 147. v. 20. canitur: Non fecit se Deus cuilibet genti. Ubi B. D. Christianus Chemnitius prælect. in Compend. Theol. Huttero Cundisianû Loc. XI. de Evang. Sermonem esse ait, de Externo & singulariter adornato ministerio, ac peculiaribus quibusdam privilegiis, quæ Israëlita, tanquam posteritas Abrahami, præ ceteris gentibus habebant: non autem de gratiâ vocationis. Quod igitur comparatè & secundum quid est dictum, non est accipiendum, tanquam absolutè & universaliter pronunciatum. Conferantur quæ habet Apostolus de in primitivâ Ecclesiâ diversis Charismatibus, Rom. 12. v. 3, 4, 5, 6. 1. Cor. 12. v. 8, 11, 28, seqq. &c. (3) Ex prævisâ Credulitatis ἀποκαταρία, aut Incredulitatis perseverantiâ, temporariâ vel perpetuâ. Ad ἀποκαταρία & prævisam negligentiam pertinet illud Matth. 11. v. 21.*

51
Gratia in se Universalis quæ Applicationem sic Inæqualis.

ex quibus causis?

Luc. 10. v. 13. de Tyriis & Sidoniis in Sacco & cinere pœnitentiam acturis. Prævisam autem Incredulitatem temporariam concernis, quod Act. 16. v. 6. Spiritus S. prohibet, nè Paulus & Silas loquantur sermonem in Asia. Sed præscitam Incredulitatem attinet perpetuam mandatum illud, à Christo datum Paulo, Act. 22 v. 18. de non prædicando verbo in Hierusalem. Pariter de infantibus gentilium tenendum, ante ulum rationis decedentibus, quod Voluntas DEI non est ut pereant, 2. Petr. 3. v. 9. quæ infinita DEI Misericordia etiam ad eos se extendit; Quia autem per infinitam Omniscientiam suam prævidit ipsorum contumaciam, si adolescerent, ideòque iusto iudicio eosdem sine Gratiâ fidei & vocationis specialis in infantia tollit: agente B. D. Meisnero Anthropol. disp. 13. quæst. 3. th. 21. De hac Gratiæ Dei Inæqualitate videtis B. D. Brochmandum cap. 3. quæst. 5. B. D. Dannhaver. Hodos. pag. 848.

Rejiciuntur
Inæqualitatis
Gratiæ
Causæ
spurix,
Pontificiorum;

13. Rejiciendi proinde sunt, quicunque Inæqualitatem Gratiæ derivant ex causis aliis, præter jam dictas: Idque, *Vel ex diversitate Auxilii Sufficientis & Efficacis*, cum nonnullis Pontificiis; Cum tamen eadem sit Gratiæ, & sufficiens & efficax, ceu B. D. Scherzerus Brevicul. §. 102. ait: *Omnia divina gratia, quantilla etiam sit, est intrinsicè efficax ad producendum aliquem effectum, qui ordinatur ad salutem certis gradibus consequendam; nec ex Scripturâ ostendi potest, ullam gratiam esse inefficacem intrinsicè. Contradictio ergo Gratiæ efficacis contra sufficientem, sensu Calviniano, nulla est, & tantam æquæquæ crudelis & absoluta Reprobationis, ac contradictionem involvit. Arguo: Omnia gratia est natura sua efficiens, ergo omnia est sufficiens, aliàs nè gratia quidem esset, &c.* Confer supra cap. 2. §. 14. & B. D. Hulseman. de Auxiliis Gratiæ cap. 2. th. 19, seq. *Vel cum Semipelagianis; Inæqualitatem Gratiæ quærentes in ipso tantum Homine, quod Deus quidem, quantum in se est, omnibus æqualiter provideat, ex parte autem hominum proveniat solum, quod*

Semipelagianorum;

quòd alii Auxilia gratiæ majora, alii minora recipiant; Quasi verò Gratia illa *Extrordinaria*, quâ DEus Paulum, Act. 9. v. 3, seqq. Zachæum, Luc. 19. v. 5. Latronem crucifixum, Luc. 23. v. 43, aliosque innumeros complexus, vocârat eos ad *fidem & salutem*, non sit adhuc in Deo æquè integra erga alios, quos DEus isto modo converti vult aut manus Dei queat decurtari, contra Thren. 3. v. 22, 23. Num. 11. v. 23. Esa. 50. v. 2. ibidem 59. v. 1. aut DEus pro suâ potentiâ & benignitate non possit *inequalia Gratia auxilia* suppeditare, ut qui in re suâ facit quicquid vult, Psal. 115. v. 3. Matth. 20. v. 15. nec ulli quicquam debet, Rom 11. v. 35. aut Dei præsentia circa incredulitatem hominum, Tyrios tantum, & Sidonios, & Hierosolymitanos, aliosq; paucos respiciat, & non æquè omnes, ceu tamen docet Apostolus, Hebr. 4 v. 13. Vel cum Calvinianis plerisque, *Inequalitatem Gratia seu affectus divini* concludentes, ex *inequalitate mensura à Deo deputata*, sicut Molinæus in Anatomie ratiocinatur, Christum noluisse Tyriis & sidoniis Evangelium innotescere, quia salutem eorum non optabat, etsi exhibet illis testimonium, proniores fuisse ad pœnitentiam, quàm Capernaitas; Secus ac Scriptura hanc causam explicant, Esa. 5. v. 1, seqq. ibidem 65. v. 2, 3 Jerem. 2. v. 21. Matth. 21. v. 33. Mar. 12. v. 1. Rom. 10. v. 20, 21. Vel denique, cum iisdem Calviniseguis, *Gratia illarum Inequalitatem* deducentes ex *Redemptionis per Christum fructu diverso*, quâ pios & impios, Electos & Reprobos, eamque in rem allegantes B. Paulum, 1. Tim 4. v. 10. Deus est salvator omnium hominum, maxime fidelium. Quæ tamen Apostoli verba non habere sensum hunc Calvinisticum, ostendit nervosè B. D. Ægidius Hunnius, in eorundem Comment. inquires: *lucundam Paulus voluntatis Dei erga hominum salutem subjungit descriptionem, asserens esse servatorem omnium hominum, maxime verò fidelium. Ubi & enun-*

Calvini-
anorumquâ
Affectu
DEI,quâ
Redem-
tionem
Christi,

ciatum καὶ ὁλοκλήρῳ de Omnibus hominibus est ἀξιολογῶν, & restrictio addita cum primis itidem observatu digna. Prius enim ostendit, Deum omnium ad unum hominum (iuxta suam Φύσιν & ὁμιλίαν & voluntatem, quam in scholis Antecedentem nominant) salutem velle & expetere. Posterius autem voluntatem Dei Consequentem exprimit, quæ homines considerat, prout ordinem ad consecutionem salutis destinatum, vel sequuntur, vel non sequuntur, & vel in Christum credunt, vel in illum non credunt. Atque sic perhibet Deum magis velle eorum salutem, qui fide Christum agnoscunt, ut quos actu salvare constituit: ceteris, quorum salutem, pro natura sue bonitate, serio etiam exoptat, propria infidelitatis culpâ percipientibus. Etiam B. Scherzerus Breviar. Hulsemannian. Enucleat. Cap. 8. th. 1. eadem Apostoli verba vindicat ita: *Christus est Salvator Omnium Hominum, maxime fidelium*, 1. Tim. 4. v. 10. *ὅτι ἕξ ὅσων* (per voculam μάλις α significata) locum habere nequit, si infideles nullo modo sint redempti, & per Omnes Homines soli Electi, sive, juxta Calvinianam Synonymiam, Fideles intelligantur. Sensus enim ineptissimus foret in hac analysi: *Deus est salvator Omnium fidelium sive solorum Electorum, Maxime verò fidelium sive solorum Electorum.* Qualis ἀδολοχία Spiritui Sancto citra blasphemiam tribui non potest. Ceteroquin omnes in universum homines, Electos & Reprobos, reverâ quæ acquisitionem, vi meriti Christi esse redemptos, & eâtenus salvatos, constat apertissimè, ex Esa. 53. v. 6. Joh. 3. v. 16. Rom. 8. v. 32. 1. Joh. 2. v. 2. Rom. 14. v. 15. &c.

quæ
Absolutum
Dei Decretum,

14. Vel denique, cum Calvinianis crassioribus, qui Gratiæ hanc Inæqualitatem absolute Dei Decreto superstruunt, in sententiæ suæ trahunt fulcimentum, quæ Apostolus, Rom. 9:10: 11: capp. de *Judeis & Gentilibus*, Ismaële & Isaac, Jacobo & Esau, Pharaone, &c. disputat: Cum tamen (a) Directè non agat Apostolus in istis Capitib. sive de

Gratiâ

Gratiâ eternâ Prædestinationis salvandorum, five de Reprobatione eternâ damnatorum, sed de Rejectione temporali Judæorum à gratiâ privilegioque, quod præ gentilibus habebant in hoc seculo, deque Receptione Gentilium in peculium Dei loco Judæorum; ceu expressa existant ibidem testimonia, de spe Restitutionis Judæorum, si non omnium, saltem aliquorum, quando inter vasa misericordie numerantur, eisque salus adjudicatur eterna, cap. 9. v. 27, seqq. pro salute ipsorum Apost. orat, cap. 10. v. 1. operam se daturum promittens, ut per ministerium suum saltem aliquos ex illis salvos faciat, cap. 11. v. 14. ipsosque in oleam rursus inferi posse inquam, si non manserint in incredulitate, v. 23. tantum ex parte induratos ait, v. 25. imò Israëlem salvum fieri, & misericordiam posse consequi, quemadmodum Gentiles, v. 26, 30. quæ lanè de Reprobatis ab eternâ salute, & spem restitutionis non habentibus, nullatenus posse dici, certum est. Unde B. D. Balduinus initio cap. 9. Ad hunc scopum, inquit, fixis oculis videndum est, in verâ horum Capitum interpretatione, videlicet, DEUM Judæos peculium suum abdicasse, & ab isto privilegio, quod præ gentilibus habuerunt, rejecisse, Gentiles verò in ipsorum locum recepisse: cujus consilii divini causas in his capitibus (Apostolus) allegat sufficientissimas, quæ DEUM ab omni injustitiâ & infidelitate liberant. His directè & quasi ex professo pertractatis, inspergit Apostolus doctrinam de Vocatione gentium, Prædestinatione & Reprobatione de Induratione, Ministerio verbi, & similes, quæ ex principalis illius tractationis argumentis, objectionibus & responsionibus, emergunt. Ad quam quasi secundariam tractationem ea à Populû præbebant, quæ de Judæis in principio capitis hujus dixerat. Ipsi enim contendebant, se esse electum Dei populum, quia penes se sint externa illa privilegia. Apostolus itaque refutaturus banc inanem ostentationem, necessariò ostendere debebat, Electionem & Salutem ab Ex-

ternis

ternis illis privilegiis non dependere; Et quia isti tantopere illis omnibus innitebantur, merito ipsos rejectos, & Gentiles ex mera Dei gratiâ in locum ipsorum receptos esse, docet. Generalem autem utriusque tractationis occasionem petiit Apostolus ex iis, quæ de Electis in precedente Capite prædicaverat eximia. Hæc ille.

(3) Paræus proinde frustra contendit, hîc directè de Electione & Reprobatione aternâ agi, quasi his de causis:

(1) Quia hîc dicuntur Filii promissionis juxta Electionis propositum, Promissio autem fuerat de Fædere & Gratiâ vita aternæ: Cum econtra, sicut Electionis propositum, aliud est ad Vitam aternam, aliud in Populum Dei peculiarem, Deut. 4. v. 20 Ibidem 7. v. 6, 7. Psal. 135. v. 4. Ezech. 20. v. 5. ita pariter Promissio, non tantum Bona aterna, sed & Terram Canaan & privilegium Ecclesiæ complexa sit, quam directè his attendit Apostolus, spe Judæorum restitutionis fretus, quam Reprobati à vitâ aternâ non habent; alteram autem Promissionem ad Vitam aternam, non nisi indirectè & per typum innuit, sat manifestâ inde in argumento Paræi Eleachi ignoratione.

(2) Quia Deus comparatur figulo, facienti vasa ad honorem aut dedecus, præparans pari modo vasa misericordiæ ad gloriam, & coagmentans vasa iræ ad interitum: Quæ liberrimam modò Dei potestatem innuunt, agendi cum hominibus in bonis temporalibus, nec ad Electionem vel Reprobationem, aut bona aterna, vel hilum quadrant, ut quæ certis suis causis, à parte Dei & hominum, adstringuntur.

(3) Quia oracula Prophetarum, Hoseæ & Esaiæ, hîc allegata, de Gentium Vocatione ad gratiam salutis, Judæorum verò rejectione, apertè loquuntur: Ubi tamen nulla est consequentia, etsi Gentes in locum Judæorum sunt receptæ, postquam hi privilegium suum amiserant, quâ sedem Ecclesiæ, propterea Judæos rejectos esse à salute aternâ.

(4) Quia omnes interpretes agnoscunt, hic explicari aliquatenus Mysterium Prædestinationis: quod non de propriâ & directâ, sed typicâ & occasionali explicatione intel

intelligendum venit. Specialiora videsis in B. Dn. D. Calovii Bibliis Illustratis, & in Commentario laudato B. D. Baldvini, etiam apud B. D. Hieronymum Kromajerum Theol. Posit. Polem. art. 6. antithes. 5.

15. Cæterum *Gratia DEI* etiam *QUARTO* est *Resistibilis*; qvo de momento magnâ animorum contentione disputatum fuit, inter *Arminianos* & *ContraRemonstrantes seu Calvinianos Belgas*. *DEUM* *Gratiâ suâ Conversionem* & *salutem* ita operari, ut *operationi divina* homo possit resistere, Arminiani tenebant. *ContraRemonstrantes* urgebant ex adverso, tanta esse *efficacia Gratiâ divinâ*, ut ei nemo resistere possit. Verum enimvero, *Gratia divina* homines resistere posse, non modò *Ordinaria*, sed *Extraordinaria* quoque, *Scriptura divinæ* & *mundanæ Historia* affatim perhibent testimonium. V. gr. Gen. 6. v. 3, 5, 6, seqq. *DEUS* ipse conqveritur, qvòd cum *Spiritu Dei* antediluviani illi disceptaverint, frustra *præcone justitiæ Noacho* illos exhortante ad *resipiscentiâ*, 1. Pet. 3. v. 20. 2. Pet. 2. v. 5. ut *pœnituerit Jehovam fecisse homines in terrâ*. Horum erant gemini, *Pharao*, Exod. 5. v. 2. ibidem 7. v. 13. c. 8. v. 15, 19, 32. C. 9. v. 7, 12, 34, seqq. C. 10. v. 20, 27. C. 11. v. 10. C. 14. v. 4, seqq. *Judei*, Esa. 30. v. 9, seqq. Jer. 6. v. 10. ibidem 7. v. 23, seqq. C. 11. v. 7, 8. C. 17. v. 23. C. 18. v. 12. C. 25. v. 4. C. 35. v. 15. Zach. 7. v. 11, seqq. Matt. 23. v. 37. Luc. 13. v. 34. Act. 7. v. 51. ibidem 22. v. 18. Rom. 10. v. 21. &c. De *Gentilium* quoque *tergiversatione*, & qvâ *audiendum Verbum Dei*, & qvâ *pœnitentiâ* agendam, *DEUS* ipse protestatur, Esa. 65. v. 2, seqq. qvòd pariter de *Judeis* *Apostolus* allegat, Rom. 10. v. 21. qvi *Gentilibus* hâc in re nihilo meliores. Huic igitur *pertinaci repugnantia*, & *Gratia Dei* sibi *oblatae rejectioni*, imputandum *Gentiles* habent, non *Dei* voluntati aut *Decreto*, qvòd *Verbum Dei* justè ablatum, iterum illis non *Extraordinariè* restituitur. *Causa enim ablationis Verbi est, à parte hominum, Posteriorum Malitia*, qvi in

Gratia
DEI est
Resistibilis ;

pravo parentum exemplo persistunt; à parte Dei verò, *Prædicationis Inefficacia Præscientia*, Act. 22. v. 18. Interim vocantur *pedagogicè*, (1) per *Notitiam Dei naturalem*, Rom. 1. v. 19. (2) per *Conscientiam propriam*, ibidem 2. v. 15, 16. (3) per *Famam & celebritatem Ecclesie*; etiam (4) per *Exempla Gentilium conuersorum*: ut *Gratia illis à Deo vel sit non denegetur*. Quin *Extraordinariam istam Gratiam, Abrahamo Patriarchæ*, Gen. 12. v. 1. & *Paulo Apostolo*, Act. 9. v. 3, seqq. oblata, pariter fuisse *resistibilem*, ostendit Dn. D. Johan Adamus Osiander Prælect. Academ. in N. T. ad 1. Cor. 4. v. 7. ita inqviens: *Quamvis vocatio & conuersio Abrahami, Pauli & consimilium, fuerit Extraordinaria, tamen non fuit, ut Calviniani sentiunt, Irresistibilis, per vim omnipotentem & verticordiam, ipsam duritiem cordis Irresistibiliter expugnantem: Contrarium enim apertè patet exemplo Pauli, tum quia missus fuit ad ipsum Ananias, Act. 9. v. 10, 11. tum quia ipse testatur, se non inobedientem fuisse vocationi divinae, Act. 26. v. 19, tum quia Gal. 1. v. 16. ponit Consultationem cum carne & sanguine, tanquam principium possibiliter impediens ipsam conuersionem à Deo intentam.*

16. Modi autem, quibus *Gratia divinae resistitur*, hi sunt præcipui: Veluti (a) *Libi Verbum Dei spernitur*, aut homo in *audiendo verbo remissus est & secure negligens*; ceu *Judæos obijurat Apostolus*, Act. 13. v. 46. quòd *repulerint sermonem Dei, & se indignos fecerint vitæ eternæ: & Christus Matth. 13. v. 19. asserit, cum negligenter auditur sermo Dei, venit improbus ille (Satanas) rapitque quod satum est in corde hominis*; (b) *Cum ad audienda & legenda Mysteria divina acceditur cum præjudicio*; sicut horruerunt quidam ex *Discipulis Christi, ad concionem ejus de Manducandâ carne Filii hominis*, Joh. 6. v. 52, seq. *aliam Carnis Christi manducationem, quàm carnalem & naturalem, minimè agnoscentes. Conferatur sermo Christi*

Et quis
bus Mo-
dis ac
Causis?

Christi de Morte sua, Matth. 16. v. 21, seq. Sic Christum pro Messia agnoscere recusarunt, quia erat e Galilæa, Joh. 7. v. 52. Hæc itaque ratione, Gratia DEi in Verbo oblata bifariam resistitur: Vel Contemptu personæ Ministri Verbum DEi prædicantis, ceu Christus ipse contestatur, Matth. 13. v. 57. Marc. 6. v. 3, 4. Luc. 4. v. 24, seqq. Joh. 4. v. 44. Non est, inquit, Propheta in patria sua, inter cognatos & in domo sua, i. e. Nullus Propheta illic dexteros est, aut πῶρ ἐκεῖ, acceptus est & aliquo habetur in pretio. Vel præfactâ Incredulitate, quâ Verbi prædicationis repellitur & Miracula eam confirmantia, ut allegati habent, Matth. 13. v. 58. Marc. 6. v. 5. Nec fecit Christus multas ibi virtutes seu Miracula, propter incredulitatem illorum. Confer Luc. 4. v. 24, 25, seqq. ubi B. Dn. D. Winckelmannus commentatur in hunc modum: Cum Christus dicit; Nemo Propheta acceptus est in sua patria; redarguit pestimum, sed ferè universalem morem hominum, quo secum vel natos vel educatos, ac à pueritiâ familiariter notos, Prophetas magnosque viros, contemnunt, propria sua bona non agnoscentes, sed tantum exotica admirantes. Estimant alios hi tales ex puerili conversatione, & non ex donis, quibus à Deo ornati sunt, interim verò illis suâ ingratitude & contemptu se indignos reddunt. Et alterâ ibidem paginâ, Propheta, ait, licet apud suos habeantur contemptui, sicut Christus apud Nazarethanos, Helias & Heliseus apud Israëlitas, quorum hic etiam à pueris, sed magno cum illorum malo & horribili interitu, irrisus est, 2. Reg. 2. v. 23, 24. apud alios tamen non sine fructu suo funguntur munere, sicut Helias apud Sareptanam, & Heliseus apud Naamanum Syrum. Neque enim fidelium ministrorum labor est inanis in Domino, 1. Cor. 15. v. 58. Et B. D. Ægidius Hunnius in Matth. 13. v. 57, 58. hæc annotat: Dominus Jesus non multas virtutes sive Miracula ibi edidisse legitur, idque propter incredulitatem illorum, quâ se tanto dono reddiderant indignos. Apud Marcum, qui 6. Cap. eadem hæc refert, sic legitur: Et non poterat ibi virtutem ullam edere, nisi

60 nisi quod paucos infirmos impositis manibus sanavit. Quod non ita intelligendum est, quasi juxta potentiam Absolutam non potuerit ibi Signa edere; sed secundum Ordinatam Potentiam noluerit, retardante illam miraculosam vim non aliquam Christi aduersione sive impotentia, sed Concivium Incredulitate. Planè ut Gen. 19. v. 22. dicit Dominus ad Lothum: Non potero facere quicquam, donec ingrediaris in Zoar: quod itidem de potentia Dei intelligendum est, non quoad consideratur in se & absolute; sed quoad beneficam erga Lothum voluntate terminatur & ordinatur. (γ) Gratia Dei resistitur Zelo inconsiderato, ceu Paulus de Judæis ostendit, Rom. 10. v. 2, 3. Etiam (δ) Nimiâ rerum Mundanarum curâ Gratia Dei resistitur, ut docet Christus in parabolâ, Luc. 14. v. 18, seqq. de vocatis ad Nuptias; (ε) Obex Gratia Dei ponitur Nimmio sui amore, ac Insatiabili gloria hujus mundi cupiditate; Sicut increpat Judæos Christus, Joh. 5. v. 44. (ς) Perfidia Diaboli sæpius Gratiam Dei impedit, 2. Corint. 4. v. 4. 2. Thess. 3. v. 3. 2. Tim. 3. v. 2. &c. Unde B. D. Dannhæwærus Hodos. Christ. Phæn. ix. pag. 856. hæcce declarans, Non placuit Deo, inquit, omnem suam potentiam in hoc negotio adhibere: placuit funibus nos trahere non vitulinis, sed humanis. Arma, obices, ac remora in homine sunt, Verbi neglectus, repulsa, præjudicium, zelus ignorans, cura seculi. Distingvit quidem Andreas Rivetus, inter Resistentiam Luçantem ac triumphantem; Illam largitur, hanc negat: sed testatur historia & experientia, peccatores sæpe post longam Luçantem nihilominus cervicem obdurare. Idem Rivetus negat Gratiam Dei Efficacem dici posse, si ei cum victoriâ repugnetur, cum in eo sit Efficacia sita, quod repugnantiam tollat: addit, esse Oppositum in Apposito, Gratia efficax & tamen irrita. Respond. Gratiam divinam tollere repugnantiam, non quamlibet, sed (quæ omnibus communis) Originalem; non autem tollere illam ipsam Actualem ac pertinacem contumaciam, quæ ipsis Salutis mediis adversatur. Adde non magis hic esse contradictionem, quàm in efficacia medicina, per quam æger suo vitio non convalescit. Ita ille. 17.

17. Triplici verò argumentorum phalange hîc Cal-
 vini incedunt, ad *Gratia Dei vindicandam Irresistibilitatem*,
 dum obtendunt: (I) *Hominem in peccatis mortuum esse*,
 Eph. 2. v. 1, 5. *Cecum*, Luc. 4. v. 18. *tenebras quâ totum Corpus*,
 Matth. 6. v. 23. Joh. 1. v. 5. *ex se ipso, tanquam ex se ipso, nihil*
posse, 2. Cor. 3. v. 5. Ideoq; nec posse *Gratia Dei resistere*: Quasi
 verò inde inferre liceat, *Hominem sui Conversionem impedire non*
posse. Verbi auditione convertuntur homines, Rom. 1. v. 16.
 ibidem 10. v. 17. quæ in hominis etiam non renati potestate
 fita est, Amos. 8. v. 11. 2. Timoth. 3. v. 7. Rom. 11. v. 8. Joh. 5. v. 38.
 exemplo Herodis, Marc. 6. v. 20. Sergii proconsulis, Act. 13.
 v. 7. & c. Quando ergo à Verbi auditione se avertunt, *Conversionem*
sui utiqve impediunt, Act. 7. v. 54. ibidem 13. v. 45, seqq. Et si
 itaque *Homo naturaliter mortuus*, nec se in vitam ipse revoca-
 re, nec Deo cooperari, nec reluctari potest; *Spiritualiter*
 tamen in *peccatis mortuus*, Eph. 2. v. 5. ut in tenebris, Matth.
 6. v. 23. Joh. 1. v. 5. Eph. 5. v. 8. & ex se impotens sese ad Deum
 convertendi, 2. Cor. 3. v. 5. Joh. 15. v. 4, 5. v. *resistere* equidem Deo
 potest, *resistentiâ tum naturali*, Rom. 7. v. 18, 21, 23. *tum morali*,
 Rom. 8. v. 7. Act. 7. v. 51, 54, seq. Obvertunt (II) *DEum creare Cor*
novum & Spiritum novum, Plal. 51. v. 12. Ezech. 11. v. 19. ibidem
 36. v. 26. *regenerare*, 1. Petr. 1. v. 3. *excitare e mortuis*, Eph. 2. v. 6.
vivificare, ibidem 2. v. 5. Quibus *Dei actionibus nullâ ratione*
Homo resistere possit: Unde tamen ad *Gratia Dei Irresisti-*
bilitatem infirma struitur sequela. Quamquam enim *Conversionem*
& Salutem hominum virtute omnem finitam potentiam
 longissimè superante procurari, Spiritus DEI docet, Eph. 1.
 v. 19, 20. Col. 2. v. 12, 13. idem nihilominus planis verbis mon-
 strat, Act. 7. v. 51, seq. ibidem 13. v. 45, seq. hominem *Effi-*
cacia Dei posse obicem ponere, & Conversionem sui impedire.
Est enim Resistentia duplex, explicante B. D. Christiano Che-
 mnitio Prælect. in Compend. LL. Theol. Huttero-Cundian.

61
 Refels
 luntur
 Calvi-
 niani,
 objicien-
 tes Hos-
 minum
 Impo-
 tentiam
 adversus
 DEUM.

DEI
 Omnis
 potens
 tiam in
 Actibus
 quoque
 Salvifi-
 cis,

62 *fian. pag. 250. (1) Naturalis, omnibus hominibus communis, quæ est fructus Peccati Originalis, & nihil aliud quàm ineptitudo illa, & nausea erga media Conversionis. Sed hæc non impedit Conversionem invincibiliter, sed per Verbi Efficaciam superatur. Haud aliter atque aqua resistit quidem frigiditate suâ, tamen à calore superatur & calefit. Et hoc sensu, Ea, quæ sunt Spiritus DEI, stultitia dicuntur homini, 1. Cor. 2. v. 14. (2) Affectata, cum pertinaciâ summâ plerumque conjuncta. Quo sensu Stephanus Judæis dixit, Act. 7. v. 51. Vos semper resistitis Spiritui Sancto. Et hæc pertinaciter impedit Conversionem. Producent (III) Indissolubilem Causarum Secundarum à Primâ dependentiam, in omnibus suis actionibus actionumque circumstantiis, quæ aliud aut conari aut efficere non possint, quàm quò Causa Prima inclinât: Verùm non observant, Dependentiam istam Causarum Secundarum à Primâ, salvâ rerum contingentia, & arbitrii libertate, intelligendam esse. Causas namque Secundas qui dixerit ita dependere à Primâ, ut ad nullos sese actus determinare possint, quin eò inclinentur à Causâ primâ, ille pariter & fatalem omnium rerum induxerit necessitatem, & DEum peccatorum causam propriam ac planè principem constituerit; ceu loquitur B. D. Brochmandus de Grat. Dei Cap. II. quæst. 30.*

AGIOS
num hu-
mana
rum à
DEO de-
penden-
tiam,

Exces-
sionis
bus oc-
curritur
Adversa-
riorum.
Obj.

18. Cæterùm Calvinianorum hic Exceptionibus, & aliorum Heterodoxorum quoque, occurrendum venit, circa Scripturas pro Orthodoxyâ nostrâ à nobis allegatas. Obvertunt autem Calviniani (a) Contra Act. 7. v. 51. (1) *Abiudi à Statu Controversiæ; tum quia concedatur à Calvinianis, Gratiam non omnem semper tollere resistentiam, ut sit Irresistibilis ab ipsis defendatur; tum quia hic de Reprobis sermo sit, disputari autem de Electis, annon in illis Gratia resistentiam tollat, excutiat Spiritus Sanctus, & vincat Caro finaliter; tum quia demonstrari nequeat, agi hic de Gratia Conversivâ. Ver-*

rum Respondetur, Primò ab Adversariis Statum invari Con-
troverſiæ; Non enim queritur, Utrum Gratia tollat Reſiſten-
tiam Universaliter, tum ratione ſubjectorum, tum ratione Gra-
dus; ſed, Num Gratia tollat illam reſiſtentiam, quæ remoram in-
jicit Converſioni divinitus intentæ, h. e. Num Gratia Converſiva
ſit Irreſiſtibilis nec vè? Secundo, Abſurdum eſt dicere, Grati-
am Converſivam eſſe Reſiſtibilem reſpectu Reproborum, Irreſiſtibilem
verò reſpectu Electorum; Eadem enim eſt Gratia, quæ præve-
nit Electos & Reprobos, aliàs quippe ad Abſolutum Decretum
recurreretur: nec Objectum Gratiæ Converſivæ eſt Homo, ſub
gualitate Objecti, vel Electi vel Reptobi, ſed ſub ratione Convertibili-
ſis & Convertendi. Tertio denique, de Gratiâ Converſivâ hic agi
inde certum eſt, quia hæc Gratiâ DEUS in Verbo ſuo intendit
Contritionem & Fidem, quæ, abſque Reſiſtentia moroſâ ſi fuiſſet,
ad effectum ſalutarem progreſſa eſſet; cui ſeſe etiam oppoſue-
runt Patres, quos DEUS convertere intendit, operoſus quippe in
Eccleſiâ Iſaëliticâ ſuâ gratiâ præ Gentiliſmo. §. Contendunt (2) Oij.
Spiritus Sanctum, cui reſiſterunt Judæi, Metonymicè ibidem
accipi, pro Verbo, tanquam Signo Spiritus; quia Patres illi abſ-
que piis deſideriis fuerint, quæ Spiritus Sanctus operari ſolet, &
Judæi dicantur reſiſtere, ut Patres illorum, qui tamen non ipſi
Spiritu S. vel ejus operationi vorticordie, ſed Concionibus, Man-
datis & Verbis Legatorum Domini, reſiſterint; etiam Reſiſten-
tiam illam explicari per Prophetarum perſecutionem, quæ non
tendit contra operationem Spiritus Sancti, ſed contra Miniſtros
miſſos, qui Verbum annunciaverint. At Respondetur, Primò vocem Resp.
Spiritus hic non accipi Metonymicè vel ſignificative, quod nec
adducta argumenta conficiunt: Namque Pia illa deſideria,
ſi intelligantur divinitus intentæ, utique illis facunda erat
Gratia illa Patribus exhibitæ; ſi intelligantur Deſideria illa di-
vinitus collata, actus ſecundus ceſſavit ex interveniente reſiſten-
tiâ. Deinde, quòd obicem poſuerunt Patres Judaorum Pro-
phetis

64. phatis & Verbo divino, hoc ipso Spiritui Sancto resistunt; neque enim Verbum est merum signum σημεῖον, sed μεταδοτικόν seu exhibitivum Spiritus Sancti, cum idem sit semen, quod cadit in terram bonam, & in petrosam vel spinosam, Luc. 8. v. 5, 6, 7, 8, II, seqq. Imò, Non in solâ Persecutione Prophetarum, tanquam Personarum singularium, consistit illa resistentia, sed in Obduratione Cordis ad prædicationem Verbi Prophetici. §. In-

Obj. stant ibidem (3) Resistentiam hanc non fuisse obversam tamen Spiritui Adoptionis inhabitanti, aut Gratia Sanctificanti: tum quia Gratia interna est efficacissima, cui resisti nequit; tum quia Spiritum Adoptionis habentes sunt Filii Dei, hæredes & cohæredes Christi; tum quia Gratia sanctificans non potest tribui Contumacibus, nec Spiritus Adoptionis habitare in Cordibus resistentium. Sed Respondetur, Ignoracionem esse Elenchi; Non enim de Gratia Inhabitante controvertitur, sed Adistente & Preveniente. Namque Primò, utut Gratia Inhabitans sit efficacissima, tamen Conversiva quoque intra mensuram suam etiam sufficienter est efficax, cui nihilominus resistitur. Deinde, qui Spiritum Adoptionis habent, illi jam sunt Justificati & Conversi. Denique, ut Gratia inhabitans suâ gaudet vi in istis, qui actu sunt Filii Dei, ita Gratia Conversiva, occupata adhuc circa Hominem convertendum, suâ gaudet virtute; utque

Resp. Inhabitans potest excuti per Peccata contra Conscientiam, ita Conversivæ per morosum obicem resisti potest. §. Etiam (4)

Obj. Regerunt quasi ἐναντίον illud Rom 9. v. 19. Voluntati & Consilio DEI quis resistit? At Respondet B: Dn. D. Waltherus

Resp. Harmoniæ Biblic. pag. in. 1008. Apostolum illic loqui, de Omnipotenti, Imperscrutabili ac Æternâ DEi Voluntate, quâ alios creat Vasa misericordie, alios, seu Vasa ire à Diabolo effecta, patienter tolerat: Stephanum autem in Actis, de Salutari operatione Spiritus S. quam Judæi perpicaces protervitiis resistendo impediunt, ac seipso fecerunt indignos vitâ eternâ. Est enim Spiritui S. resistere, illum per Verbum nobis loquentem auscultare, nolle, sed contemnere ac rejicere.

VIRI

Venerabili & Doctissimo,

DN. JOHANNI CAJANO;

O-BOTHN.

Verbi Divini Ministro in Bhlá/ Amico & Fau-
tori suo honorando,

GRATIAM DEI

Solenter propugnanti,
Amoris & honoris ergo

Ita adclamare volebat:

GRATIA, quæ cunctis rutilanti lumine fulget,
Quæque fovet vastam Solis utramque
domum;

Hæc, CAJANE, tuos mitissima dirigit ausus,
Et radios latos fundat ab axe Tibi!

Αυτογραφή

JOH: WENDELIUS.